

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Virginitas c
cum fonte primo

Dominica uirgo debet agnoscere quibus
preceptis conueniat insistere, uel a
quantis uiciis debeat abstinere, si uult et
in seculo posita cum Deo esse et cum
eodem post uite huius resolutionem in
claritate celesti regnare.

Augustinus in libro ad sacras uirgines.

Dominica virgo debet agnoscere, quibus
praeceptis conueniat insistere, uel a
quantis uitiis debeat abstinere, si uult et
in saeculo posita cum Deo, et cum
eodem post huius uitae resolutionem in
claritate coelesti regnare.

Pseudo-Augustinus, *De sobrietate et
castitate*, 2 (PL 40, col.1108).